

EMBRYOLOGIE

S. Congregazione de Propaganda Fide.

Roma 20 Marzo 1902.

Sulla liceità dell' estrazione del feto.

Illme at Rme Dne,

R. D. Carolus Lecoq Decanus Facultatis Theologiae
in ista Universitate Marianopolitana per litteras diei 12
Martii anni 1900 sequens dubium proponebat circa inter-
pretationem resolutionum S. Officii quoad liceitatem
extractionis chirurgicae foetus immaturi ; « Utrum ali-
quando liceat e sinu matris extrahere foetus ectopicos
adhuc immaturos nondum exacto sexto mense post con-
ceptionem. »

Curae mihi fuit fatum dubium solvendum transmit-
tere rae eidem Supremo Tribunali S. Officii. Illi vero
Emi ac Rni Patres *Cardd. Inqq. genles* in congregazione
fer. IV die 5 vertentis mensis Martii, post maturam rei
discussionem se quens emanarunt responsum : « Neg-
« a tive juxta Decretum fer. IV, 4 Maii 1898, vi cuius foe-
« tus et matris vitae quantum fieri potest, serio et oppor-
« tune providendum est ; quoad vero tempus, juxta
« idem Decretum, Orator meminerit, nullam partus
« accelerationem licitam esse, nisi perficiatur tempore
« ac modis, quibus ex ordinarie contingentibus matris
« ac foetus vitae consulatur. — Praesens vero decretum
« expediatur per Ordinarium. »